Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



334 383

dis supplicitter deprecantes ꝑ Compl' O mnipotens sempiterne deus qui nos et castigando sanas et ignoscendo alleuas. pro ta quotidianis supplicationibus nostis: ut per hec diuina mysteria tranquillitatibus humanis optate assidaitatis letemur: et dono tue pietatis semper utamur ꝑ P demonstrac Coll.

Deus qui per unigenitum tuum exclusa dominacione diabolica populum fidelem aptasti: expelle quesumus a famulis tuis ✠ cunctas diabolice illusionis insidias et cum illibati ab omnibus impugnationibus alleua ꝑ dnm Secr

Munus nostre humilitatis pro tuicione familiarum ✠ oblatum petimus domine dignanter assume: et ab eius oppressione maligni insidias et omnem potestatem exclude ꝑ dnm Compl'

Celestis hic panis quem sumpsimus domine et nobis indulgencia tribuat: et famulum tuum ab antiqui hostis illusione defendat ꝑ.

Deus qui afflictorum non per tribulacione ord despicis gemitum et merencium non spernis affectum: adesto precibus nostris quas tibi pro tribulacione nostra effundimus: easque clementer suscipiens tribuas: ut quicquid a tua nos diabolice artis humane moliuntur aduersitates ad nichilum redigatur et a filio tue pietatis alliganur: ut nullis aduersitatibus leti: sed de omni tribulacione et angustia erepti: letis in ecclesia tua sancta tibi gracias referamus ꝑ Secr

Deus qui tribulatos corde sanas et mestificatos actu letificas. ad hanc piam hostiam dignanter adtende qui tibi pliberacione nostra offerimus: tu et hanc